



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs LXIII. Deus Deus meus ad te de mane.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

Hoc coram uestros animos effundite, ET alti  
Pectoris affectus, spes rata nostra Deus.

Antithesis, si- Vana est uita hominum, uanæ ludibria Gentes,  
cut spes in De- Et nil quo ualeant utilitatis habent.  
um certa est, ita fiducia car- Si trutinae dubio ponantur in orbe bilancis,  
naliūm præsidi Tum genus hoc leuius, quām nūbil eſſet, erit.  
orum fallit.

Non animos fallat quæcunq; iniuria uestros,  
Quos ſibi uis adigit fidere, fallit, opem.

Omnia ſectari uanissima parcite rerum,  
Nec uos commoueat diuitis aura lucri,

Si fluxu rerum uos copia diues inuidet,  
Diuitias prono parcite corde sequi.

Ἐπιφῶνημα Vox audit a mibi ſaþe eſt diuina loquentis,  
grauissimum.

Virtutem ſummi roboris eſſe Deo.  
Et tibi ſemper adeſt pietas, qui digna rependis  
Pro factis, genitor, munera cuiq; ſuis.

## PSALMVS LXIII.

Deus Deus meus ad te de mane.

## ARGUMENTVM.

Totus Psalmus eſt querimonia, quod ab  
ſita populo & cultu Dei in Hierusalem, ac  
comparat eleganter terram deſtitutam uer-  
bo & cultu Dei, loco deserto, & carēti aquis.  
In fine accusat aduersarios, ac minatur eis,  
qui huius malī cauſa erant. Rechte oratur ab  
ihs, qui per Tyrannos impediuntur, quo mi-  
nus poſſit uerbum Dei habere.

Explis



Explicit immodos afflicti pectoris aestus,  
Nempe Dei uerbo se cupientis ali.  
Sic Saulen fugiens per imbospati stris erem,  
Tam querula uates uoce rogabat opem.

¶ Psalmus David cum esset in deserto Iudeæ.

**O**Mnipotens, rerum sator unice, conditor orbis,  
Quem nisi te, uenerer, quis Deus esse queat?  
Te sequar in primis, ipsum te ante omnia queram,  
Siue eat in tenebras, siue erit orta dies.  
Te uelut agra siti mea mens desiderat, ad te  
Est mea suspirans languida facta caro.  
Donec in his lateo terris arentis erem,  
Quas neq; fons aliquis, nec riget imber aquæ.  
Sic uelut in templo te contemplabar, ut essem  
Virtutem atq; tuæ cernere dignus opes.  
Namq; tuam duco bonitatem hac luce priorem,  
Ergo canam laudes peccatore & ore tuas.  
Te mea lingua canet dum spiritus hos reget artus,  
Extollam palmas laudis amore tuæ.  
Exatia banc animam precor ut pinguedine multa,  
Ut mea sit laudi lingua soluta tuæ.  
Nocte memor de te somno fugiente loquebar,  
Luce uigil de te lingua locuta mea est:  
Tu mibi saluator, tua me reget alma uoluntas,  
Me totum auxilijs proteget umbra tui,  
Te mea suspirat, tibi mens mea semper adhæret,  
Metua perpetua dextera fulcit ope.  
Uli autem insidijs querunt me, ut perdere possint,  
Sub terram uiui præcipitanter eant.

## Querimonia.

Cupio esse Hie  
rosolymis, ubi  
est cultustuus,  
ubipredicatur  
uerbum tuum,  
& oratur.

Hæc uidentur  
magis esse op-  
tatiua, utinam  
in templo tuo  
te benedicam,  
& tollam ma-  
nus meas.

Πάθη.  
consolatur sc.

Minatur ad-  
uersarijs.



In gladios recident, & amara morte peribunt,

Atq; audis fient præda parata lupis.

Rectituar re-  
gno quantum-  
uis nunc miser  
& exul.

Rex pietate Dei fretus gaudebit in ipsa,

Illi adiurans nomina lætus erit.

Os Deus obstruxit mendacia uerba loquentum,  
Vanus adulator desijt esse loquax.

## PSALMVS LXIII.

Exaudi Deus orationem meam.

## ARGUMENTVM.

Est elegans oratio, instituta contra uiru-  
lenta consilia hostium, quos pij & Ecclesia  
semper in mundo habent.

Perfidiam expertus, tum faœla inimica suorum  
Saulitarum, humili uoce precatur opem.

Sic & nos orare decet consitanter in hostes,  
Qui nusquam nobis non inimica struunt.

Vincenti Psalmus David.

Prepositio.

**A** Vdi summe parens mea uerba, hanc p̄cipe uocē

Qua queror insidias hostis adesse nibi.

Cuius ad insultus tantos mea pectora muni,

Ne mea mens trepido uicta timore cadat.

Ne me corripiat deprensum turba malorum,

Fac aliquo tutum posse latere loco.

Narratio, in Qui, tanquam gladios, linguas acuere dolosas,

qua commemo rat pecculum, Quorum sunt grauibus tela parata dolis:

& egregie pin git aduersari. Ut uel ab insidijs feriant quem perdere querunt,

qui neq; peccatum, qui neq; crimen habet.

Letife

